


Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,
I.U.D. & P. Ad Exequias quas ... Dn. D. Johanni Sibrando, Liberi moestissimi
paratas cupit. Omnes Academiae Cives, hodie ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760923>


Druck Freier  Zugang




Kleinschmid, J.,
in
J. S i b r a n d .

R o s t o c k , 1 6 3 8 .

19





PROGRAMMA

Quo

729

Rector Universitatis Rostochiensis

JOHANNES KLEIN-SCHMID, J. U. D. & P.

AD EXEQUIAS

quas

AMPLISSIMO VIRO

Dn. D. JOHANNI SIBRANDO,

Liberi moestissimi paratas cupiunt.

Prof. et Ind.

Omnes Academia Cives, hodie ad horam 1, in templo S. Mariano officiosè invitat.



Literis NICOLAI KILII, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.



X JOANNE SIBRANDO

p. m. Viro Amplis: Claris: & Con-
sultis: si quis, dum vivebat, quæ sivi-
set, quomodo id, quod Græci Poëtæ
μεγαλὸν ἐδὸν senectutis limen, vocant,
appellandum putaret, utrum difficul-
tatem vitæ, vel quomodo deniq;: haud dubiè re-
spondisset, quod Socrati percontanti Cephalus apud
Platonem respondit; Senes non omnes uno modo
erga ætatem suam affectos esse: quibusdam enim,
eam videri, & esse molestatam, quia abstrahat à rebus
gerendis, quia corpus faciat infirmum, quia volupta-
ribus privet ferè omnibus, quia deniq; à morte haud
procul absit: hos autem vituperare id in Senectute,
quod non sit vituperandum. Si enim id culpa senec-
tutis accideret, idem sibi, & omnibus majoribus
natu eventurum: cum tamen multi non ita affecti in-
veniantur, qui licet, eos labores ferre non possint,
quos robusti juvenes, & viri, tamen alios ferant lon-
gè magis necessarios, & ingenii viribus, animiq; con-
stantia potius, quam corporis peragendos: Corpus
infirmum non tam senectuti imputandum, quam lu-
xuriôsæ adolescentiæ, quæ multos etiam juvenes e-
nervat: voluptatibus vero non tantum æquo animo
carent senes, sed etiam sibi gratulantur, quod servi-
tutem improbarum dominarum effugerint: mortis
deniq; vicinia communis est omni ætati, hoc tamen
discrimine, quod violentius juvenes, nec sine sensu
moriantur, senes vero instar lychni oleo deficiente,
non tam extinguantur, quam lucere, ac vivere desi-
nant. Hæc ille respondisset, suamq; senectutem pro
exemplo adduxisset, quam neq; otiosam fuisse, neq;
corpus

286
corpus infirmum reddidisse, neq; voluptates desiderasse, imo veris voluptatibus usam, morte tanquam somno placidissimo, sine ullo morbi sensu occupatam defecisse. Neq; obijci poterat, quod solet, propter honores & opes, quas habuit, senectutem ei levem & minimè molestantem videri: Id enim, si ita esset, nemini diviti senectutem fore gravem, nec ulli pauperi levem & facilem. Quod tamen aliter se habere quotidiana testatur experientia. Sed eamus in rem præsentem, & vitam, ^{de Hungaricis} iste noster, unde, & quomodo ceperit, qua via progressus sit, quem ei finem invenerit, cognoscamus.

Natus est in hac urbe Anno 1569. die 28. Augusti, Patre Spectatissimo HENRICO SIBRANDO, Civis primario, Matre DOROTHEA SUCHTINGIA ex per vetusta & nobili WENCKSTERNIORUM familia. Avus illi paternus fuit JOHANNES SIBRANDUS, civis isidem hujus urbis honestissimus: Maternus vero Vir Amplissimus JOHANNES SUCHTINGIUS, præclaro genere SUCHTINGIORUM apud Hamburgenses prognatus. Hi progenitores filium suum à prima pueritia studiis dicarunt, & cum singularem indolem, atq; ingenij acumen in ipso deprehenderent, jactis in hac patria Academia fundamentis illum ad Jenensem Anno Christi 1591. ætatis 22. ablegarunt, in qua per biennium subsistit, studioq; Juris sedulo, uti & in Academicis Witebergensi & Lipsensi operam navavit. Cumq; ulterius pedem proferre, exterarumq; gentium mores & linguas cognoscere vellet, consensu matris in Italiam pervenit, quam non solum ferè totam peragravit, sed Patavij & Senis, per integrum biennium commoratus est. Inde in Galliam pervenit, & præcipua loca Regni perlustravit, & tandem in Bituricensi Academia ferè per biennium studia continua-

vit, atq; ita, utriusq; tam Italica quam Gallica lingua peritiam sibi acquisivit, & nonnunquam summa cum voluptate, usq; ad extremum vita halitum, eo genere linguarum tum in communi conversatione, tum in sacrarum lectionum, precum recitatione, & cantilenis usus est. Gallia tandem relictâ, superioris Germania præcipua loca perlastrando, tandem Heidelbergam se contulit, ibiq; Anno 1598. die 13. Julij, ætatis 29. gradum Doctoris adsumpsit. Postea patriam repetiturus per Belgium, non absq; vita periculo iter fecit, & tandem anno 1599. patrios lares revisit: Ubi eo ipso anno die 11. Decemb. cum honestissima ac lectissima virgine ANNA SCHILLINGES, Viri Amplissimi, ac Prudentissimi HERMANNI SCHILLINGII Consulis de hac Republ. Rostochiensis bene meriti, & CHRISTINÆ SASSEN, filia, nuptias celebravit. Conjugium hoc fuit tranquillum, pacatum, & non sine prole sæcundum. Nati enim sunt ex eo Novem filia, & tres filij, nempe CHRISTINA, DOROTHEA, HENRICUS, ANNA, JUSTINA, HERMANNUS, ANNA SECUNDA, CHRISTINA SECUNDA, ANONYMA sine vitali spiritu in hanc lucem edita, SOPHIA, MARIA, & JOHANNES. Ex hoc liberorum numero, filia septem, & duo filij, in ipsa infantia extincti sunt. Anno 1621. die 21. Februarij obiit piè defuncti nostri prima Conjux ANNA SCHILLINGIA, ex puerperid adhuc ægrotâ: cumq; noster defunctus per biennium in viduitate vixisset Anno 1623. Mense Novembri lectissimam atq; honestissimam matronam CATHARINAM Schwartzkopffs FRIDERICI HETENS viduam, matrimonio sibi junxit, inq; eo pacatè quidem, sed sine prole per sexennium vixit. Exincta enim est hæc secunda Uxor Anno 1629. die 3. Augusti; Ex liberis DOROTHEA

Anno


Anno 1620. die 3. Novembris, Viro Clarissimo, & Consultis-
simo, Dn. JOHANNI DEYEN J. U. D. ac Dicasterij
Megapolitani Advocato, & Procuratori ordinario desponsa-
ta est. HENRICUS J. U. D. ac dicti Dicasterij Advocatus
& Procurator Anno 1628. die 22. Julij Matronam honestam
ac Lectissimam CATHARINAM Teutschen FRIDE-
RICI BURLAGN viduam, sibi matrimonio junxit.
ANNA SECUNDA, Anno 1632. die 5. Decemb: Viro
Prudentissimo ac Doctissimo Dn. JOACHIMO NESEN
Senatori hujus urbis meritissimo in matrimonium data. Ex
quibus pie defunctus noster D. JOANNES SIBRANDUS,
duodecim nepotes vidit. Fratres quidem habuit numero no-
vem, & duos, uno latere junctos: ex hisce tamen nemo nisi
Vir integer & gravis ERNESTUS SIBRANDUS Civis
hujus urbis precipuus, superest: Ceteri mundo huic immundo
valedixerunt. Anno 1601. à Celsis, ac Illustris: Principe
ULDARICO Duce Megapolensium &c. p. m. Consiliaria-
tus munus Parochias visitandi, ipsi demandatum est, quo
etiam summa fidelitate per biennium functus: Donec tan-
dem Anno 1603. in Professorum Juris numerum, ab Am-
plissimo hujus Urbis Senatu cooptatus, perq. aliquot Annos
Syndicatus munus in Academia sustinuit, causasq. Acade-
mie summa cum fidelitate, licet non sine valerudinis, rei q. sa-
miliaris jaectura probe gessit, usq. ad Annum Christi 1630. quo
ab Ampis: hujus Urbis Senatu Syndicatus officium ipsi ob-
latum, singulari amore patrie, sibi imponi passus est, illudq. per
integrum Sexennium, exantlatis summis laboribus maxima
dexteritate, ac fidelitate gessit, itaq. & de Academia, & de
Patria bene meritus est. Nihilominus toto vita cur-
riculo aliis tam Advocando, quam Consulendo suam soper-
ram non sine laude locavit. Donec tandem Aunorum
gravitate confectus, & viribus plane destitutus, ante


100
quatuor septimanas malè se haberè cepit, virium ac natura debilitatem, omnem Medicorum opem respicientis sentiens die 23. Januarij vero viatico, nempe Corpore & Sanguine CHRISTI se pavit, sinemq; vita multis suspiriis à DEO petit, tandemq; nullo quidem morbi acumine, sed debilitate præcipuè virium prostratus die 1. Februar. circa mediam primam, præsentibus mæstissimis liberis Anno ætatis 69. placidè obdormivit, animamq; Servatori suo tradidit.

Habemus præscriptis verbis expositam rã pœnetræ D. SIBRANDI vitam, uti cepit, uti progressa est, uti finiit. Ex qua colligimus, nihil ei defuisse omnium, ad vitam Civiliter, & Christianè felicem beatamque tam nec mirum videri, si ut priorem vitã piè ac honestè degit, senectus quoq; eam consecuta, sit placida, hilaris, minimè effœta aut morbida. Seni enim, si valetudine convenienti utatur, si rerum rectè gestarum bonam conscientiam habeat, ex qua sibi, neque DEUM iratum, neque mortem infestam, aut meritos post hanc vitam cruciatus metuat, quid est, quod molestam, & gravem senectutem reddat? Res noster iste gesserat honestas, utriusque Reipublicæ salutare, laude, & prædicatione dignas, neque id in virili tantum ætate, sed etiam in senectute, siquidem otiosus nunquam erat, etiam cum esset otiosus: neq; sibi ad eas res gerendas robur & vires defuisse questus est, quæ ingenii robore, & animi viribus perficiuntur: Voluptates vero, quas ei tandem denegabimus? cum & maximas, & plurimas ex virtute liberorum, & flore tot nepotum perceperit, præcipuè ex vitæ innocenter actæ conscientia, quæ omnes Comi, Veneris, Bacchi, Pluvi cujuscunque tandem alias,

alias, longè antecellit voluptates, cum istæ non solum deserant, sed & amaram sui penitentiam post se relinquunt: hæ vero & semper apud sui cultorem maneat, & cum singulari quodam prolubio ad Sepulchrum usque comitentur, imo & honestam sui memoriam apud posteros relinquunt. Nec ergo talis qui sit, conqueri de mortis vicinia necesse habet, in qua nihil videt mali, imo plurimum boni, quod certum cognitumque habeat, eos qui in Christi agnitione, invocatione, fide, & charitate vixerint, non nisi in Christo mori posse, eo, qui suis manibus commendatam animam, piam & fidelem longè fidelius custodiet, quam thesaurum depositarius quicumque juratissimus. Hunc ergo beati D. SIBRANDI Collegæ, & amici nostri finem lacrumis decorare, natura quidem liberis, & propinquis concedit, nobis officii non Christiani solum, sed & collegialis, & meritorem, quibus Academiam affecit, memoria imperat, ut supremum honorem exhibeamus, viro, qui nobis honori & emolumento in vita fuit. Nihil est quod ei defuncto superstites præstare amplius possimus: hoc ergo quod possumus, præstemus, & nostram ipsorum occasionem ne negligamus. Exemplo ille nobis, cum noster esset, prævit, severitatis in exercenda disciplina, fidelitatis in defendenda Academiæ autoritate, quæ vilescere, & pedibus jam calcari incipit, ab iis, qui censuram sibi arrogant, sine populi suffragio, cum sola iis obsequendi legibus gloria sit relicta. Sed ô tempora, ô mores! Ad opem Divinam confugiamus, siquidem in humana parum spei est, ac Deum precemur, ut hanc Provinciam

ciam, Academiám, Urbem, cum omnibus, salutem earum, honorem, & incolamitatem optantibus, manu sua clemente, & potente tegere, cæteros, qui artibus parum probis ea violant, vel quomodocunque lædunt iudicio suo coercere velit. Conventus fiet hodie hora prima, in templo Mariano. Conveniamus in eo maturè, & ea frequentia, quam & nos, & propinqui, nobis pollicemur. P. P. Rostochii
5. Februarij 1638. sub Sigillo
Rectoratus.






4
34



Anno 1626. die 3. Novembris, Viro Clarissimo, Dn. JOHANNI DEYEN J. U. Megapolitani Advocato, & Procuratori orata est. HENRICUS J. U. D. ac dicti Dica & Procurator Anno 1628. die 22. Julij Matris ac Lectissimam CATHARINAM Sicut RICI BURLAGN viduam, sibi matrem ANNA SECUNDA, Anno 1632. die. Prudentissimo ac Doctissimo Dn. JOACHIM Senatori hujus urbis merito in matrimonium quibus pie defunctus noster D. JOHANNES duodecim nepotes vidit. Fratres quidem habuimus, & duos, uno latere junctos: ex hisce tunc Vir integer & gravis ERNESTUS SIBI hujus urbis precipuus, superest: Cateri mundum valedixerunt. Anno 1601. a Celsiss. ac Illustrissimo ULDARICO Duce Megapolensium &c. per totius munus Parochias visitandi, ipsi demandata etiam summa fidelitate per biennium fundam Anno 1603. in Professorum Juris nominatissimo hujus Urbis Senatu cooptatus, per Syndicatus munus in Academia sustinuit, summa cum fidelitate, licet non sine valedicularis jactura probe gessit, usque ad Annum ab Ampliss. hujus Urbis Senatu Syndicatus latum, singulari amore patria, sibi imponi per integrum Sexennium, exantelatis summis laudibus dexteritate, ac fidelitate gessit, ut aq. & de Patria bene meritus est. Nihilominus in officio riculo aliis tam Advocando, quam Consulariam non sine laude locavit. Donec tamen gravitate confectus, & viribus plane de-

A 3



The scale towards document

011

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.